

num aliquando irrumpatur set monachi possidebunt illam iure perpetuo Si quis uoluerit hoc calumniari. uel dissoluere. malediccionem dei habehat uia ille. siue mulier et sancte marie & omnium sanctorum. AMEN.

Viuite gaudete testes & ad ista manete. (*är af annan hand med finare stil*).

Sigillet, mycket skadadt, hänger på ett flätadt snöre af linnetrådar.

898.

1260—1270:talen.

Tillkännagifvande af B. MAGNUSSON för invånarne i Calmar att han till Munkarne i Nydala afstått en af hans Fader till dem lemnad egendom i Staden.

A. 3. x. 1: 18.

B. heres magni. r suo fideli ceterisque urbis calmarnie ciuibus salutem & dileccionem rogauit nos abbas ac uniuersi fratres noueuallis quod illis fundum quendam concederemus in ciuitate uestra quem magnus pater suus ipsis concesserat eundem eciam predictis fratribus fundum sine ullo debito libere concedimus. quapropter uobis mandamus quatinus prenominati fratres de predicto fundo ex parte uestra ullatenus impediatur ualete.

Sigillet frånfaller.

899.

1260—1270:talet.

Lagmannen i Wärend KARLS och hans Hustrus HULWILD SIGTRYGGS dotters Testamente till Nydala kloster, hwarest de utvälja sitt griftställe, af en tredjedel uti hemmanet Beth i Mo härad samt af en mark till hvarje kloster i Sverige.

A. 3. x. 1: 23.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Karulus Legifer werendie. & Hulwildis uxor sua. Salutem in nomine ihesu christo. Cum in hac captiuitate lacrimabili. super flumina babylonis collocati. Eterne uite stabilitatem tanto amplius jntueri compellamur, quanto magis hic aque more instabiliter. & tamquam amaritudine salicis si tamen nobis gustus sanus existit. multis modis in hac uita miserabiliter conturbamur. propter quod in nomine patris & filij & spiritus sancti amen. Incertum cunctis mortalibus vite terminum certa uolentes & in coacta deliberacione preuenire. tale de Bonis a deo collatis condimus testamentum. Claustro fratrum grisei ordinis. de noua ualle ubi & sepulturam eligimus ut eorum suffragijs usque ad nouissimum examen cunctis mortalibus terrificum nimis potipi ualeamus. terciam partem uille que uocatur Beth in moaherath que est porcionis nostre damus in nostrorum remissionem peccatorum. Verum quia iuxta augustinum Difficile est multitudinem non exaudiri. & iuxta salomonem Beatus qui seminat super omnes aquas que sunt utique pauperes christi ut

*Sv. Diplom.*

plurium subsidijs post hanc uitam consolari ualeamus. preter predicta cuilibet claustro per totum Regnum Swechie vnam marcham denariorum Elargimur. Vt igitur super predictis firma sit stabilitas & nulla possit in posterum sinistra calumpniacio suboriri. presentem paginam hec ex uero dei timore facta constestantem amborum nostrorum sigillis testimonio Roboramus.

Sigillen: N:o 1, föga skadadt, hänger i röda silkestrådar; 2 likaledes i gröna silkestrådar.

På fränsidan: Ryth & beeth. vesgocia.

900.

Vid 1270:talet.

CECILIA, KNUT JARLS dotters Testamente af gårdar till Fogdö och flera kloster, m. m.

A. 3: k. 6: 2.

In nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen. Ego Cecilia Kanuti quondam Ducis filia anime mee prouidere desiderans, testamentum meum condo sub hac forma Claustro fodø confero Flastad curiam filii mei Birgheri vbi eciam eligo sepulturam, pro qua rependo ei Husaby in Nerikia possidendam, Jtem curiam Swnd in wermælandia redactam in equipollens precium do omnibus claustis ista parte Tywid equaliter diuidendam, Ecclesiis quibus curie mee adiacent vbicumque, volo quod sacerdotibus earum de qualibet curia detur vna vacca, vbi plures sunt curie plures vacce, Ingerdi filie mee pro eo quod eam inuitam in claustro volui detineri & actenus de bonis nostris nichil est consecuta, do mansionem waldbÿ cum omnibus attinenciis suis, jta vt nichilominus hereditatem plenam cum suis coheredibus sorciatur, Estridi que diu in nostro obsequio exstitit do dimidiam marcã terre in loco, quo ei heredes mei voluerint assignare, Quinque mancipiis reddo libertatem que ad hanc Birgherus filius voluerit nominare, Hec omnia presentibus filio meo .B. & filia Ingerde. priore Sictunensi & socio Domino haquino & laurencio sacerdotibus ac nostra familia ordinavi.

I Sigillet ett C med löfverk ziradt.

901.

Vid 1270:talet.

PHILIP CARLSSONS Testamente af jorda-gods och penningar till Alwastra, Warnhems och Nydala kloster, Wexiö med flere kyrkor samt enskilda personer, med förordnande derjemte om sin lägerstad i Nydala, betalandet af boets skulder och om Pelegrimsfärder för utplånandet af hans synder af FADER HARALDSSON till Riga och af tvenne Småsvenner till S:t OLOF.

A. 3 x. 1: 21.

In nomine patris et filii & spiritus sancti. Ego philippus karuli quondam filius condo testamentum meum sub hac forma. Monachis noueuallis